executione ad loci Capitaneum et Capitaneo sub cuius vel quorum iuribus dicta bona illius consistunt, et partes ipsas remisit et remittit decreti praesentis vigore.

Bychawski bannitus et publicatus

Proposuerunt iudicialiter coram Officio Capitaneali Castrensi Lublinensi, fiscus instigator officii Castrensis Lublinensis et infrascripta delatrix, actorea pars: contra nobilem Nicolaum Bychawski Marcelini filium, citatum, citationis tenoris huiusmodi.

Joannes Firley de Dambrowica Capitaneus Lublinensis. Tibi nobili Nicolao Bychawski, nobilis Marcelini Bychawski filio, tanquam impossessionato, de persona tua ac bonis omnibus, Regio et officii nostri vigore, mandamus ut coram nobis seu iudicio nostro Capitaneali Castrensi Lublinensi, in terminis iudicialibus feria secunda ante festum sanctae Catherinae virginis proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis: vel iis deficientibus tunc in proxime post tunc primis praefixum venturis, ad instantiam instigatoris officii nostri Capitanealis Castri Lublinensis, et nobilis Annae filiae olim nobilis Georgii Olszewski, consortis vero nobilis Stanislai Sobieszczanski personaliter ac peremptorie compareas. Quae una cum assistentia mariti sui eundem citat ad banniendum et de Regno Poloniae ducatibusque eius annexis proscribendum ex eo quia tu in contrarium decreti iudicii ordinarii nostri tribunalis Regni Lublinensis, quo tibi iniunctum erat ut ~~Attrici~~ [illegible] centum quinquaginta octo marcas Polonicales solvas, aut fideiussores nobiles possessionatos

[illegible]

411

duabus septimanis, coram off[ici]o n[ost]ro Castren[si] Lubli-
nen[si] statuas: quibus ambob[us] tu contrarius extitisti.
Et hoc in causa occon[e] atrocis vulneris, primi in
verticem capitis cruenti secti magni, secundi supe-
rius frontem, tertii in sinistram partem capitis,
quarti in occiput, quinti in nasum cruenti le[vi]s
sectori, sexti in occiput, septimi et octavi in sca-
pulam sinistram livido[rum], noni in femur pedis
sinistri per utramque partem è bombarda globo tra-
iecti, Morde, taxa quingentis marcar[um] Polonicalis
in se continen[tis], instituta, et per hoc iudicium
terrestre ad decernen[dum] super te eandem poenam ba-
nitionis ad officium n[ost]rum remissa. Processu eode[m]
latius canen[te]. Citaris igit[ur] ad videndum et audiendum
te in poena banitionis condemnari, eandemque banni-
tionis poenam, ob contravent[ionem] remissionis p[rae]f[a]t[ae] per ministeriu[m]
à Judicio n[ost]ro adhibitu[m] publicari et banniri, de Reg-
noque Poloniae et Ducatibus ei subiectis prenunciari; Re-
missa fit iudicii aliturque. Datum in Castro Lubli-
nen[si], feria tertia ante festum s[an]cti Martini Pon-
tificis proxima, Anno D[omi]ni millesimo sexcentesimo
undecimo.
Et [h]ac propositione sua modo [prae]misso factam hi[n]c
utraeque partes hoc in loco controversias suas fi-
erent, tamen eas intra triduum ut iuris est ad A-
cta etiam non porrexerunt. De quarum negligentia sua
ac in statuen[dis] controversiis deligen[tia], quosius
Albertus Kierzkowski notarius Castren[sis] Lu-
blinen[sis] est protestatus.
Et Judicium Castren[se] Capit[anea]le Castren[se] Lublinen[se] contro-
versias partium Actoris p[er] [illegible] citati vero
per [illegible] Matthiae [illegible]
potenties coram se factis, bene diligenterque
exauditis et intellectis decrevit citato ulterius
procedere.

Agno decreto citatus motioni ad Judicia ordinaria
generalia Tribunalis Regni Lublinensis proxime cele-
branda, per ministerialem generalem Regni nobilem Joan-
nem Zaleski interponebat.
Quam motionem Judicium praesens Castrense Lublinense
parti actori non admisit. De qua non admissa
ac prosequenda eadem motione praefata pars citata quod
supra factum est protestata, Judicium quoque eadem in toto
protestatum est, se non temere sed iure mediante
egisse, motionem praefatam parti actori non admis-
isse.
Tandem in ulteriori processu, parte citata tacente
nihilque iuridicum inferente, neque ad acclamationem
ministerialis generalis Regni nobilis Joannis Zaleski, iuridice
ad Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense quatu-
or diebus ultra terminis communibus forma vocato et
non comparente, in poena bannicionis praefata, citata co-
ram eadem Judices Judicialiter condemnarunt, iuxta citationem
suam superius insertam.
Tandem Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense ad
affectationem partis actoreae, eius nobilem generalem Re-
gni nobilem Joannem Zaleski ad publicandam poenam
bannicionis super praedictum Wyczawski citatam ratione
commissionis decreti addidit praesensque addit.
Qui quidem ministerialis coram eadem Judicio personaliter stans in solita
sua fidelis relationis publice recognovit, se bannicionem
praedictam ex mandato Judicii praesentis, sub in Castro Lu-
blinensi, et alys publicis in locis publicasse, et
multis nobilibus, ad terminos praesentes Judiciales Castrenses
Lublinenses congregatis ad debitam notitiam de-
duxisse. De quo eam suam relationem fecit.

Super Piotrowski in-
famia cum publicatione